

Die 8. Octobris.

## S. SIMEONIS

*Episcopi et Martyris.*

*Introitus. Eccli. 45, 30.*

**S**Tátuit ei Dóminus testaméntum pacis, et  
príncipem fecit eum : ut sit illi sacerdotii  
dignitas in ætérnum.

*Psalm. 131, 1.* Meménto, Dómine, David : et omnis  
mansuetúdinis eius.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat  
in princípío, et nunc, et semper : et in sæcula  
sæculórum. Amen.

*Offertorium. Psalm. 88, 25.*

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in  
nómine meo exaltábitur cornu ejus.

*Communio. Psalm. 88, 36 et 37-38.*

Semel jurávi in sancto meo : Semen ejus in  
ætérnum manébit : et sedes ejus sicut sol in  
conspéctu meo, et sicut luna perfécta in ætérnum,  
et testis in cœlo fidélis.